

37.

A. N.

DISSERTATIO GRADUALIS
De
**SABBATHO
GENTILIIUM,**

Quam,
*Consentiente Ampl. Phil. ad Auram
ordine,*

Sub PRÆSIDIO
*VIRI Max., REVERENDI & CELEBER-
RIMI,*

*Dn. Mag. JOHANNIS
HAARIMAN,*

*Hact. Phil. Theoret. jam v. S. S.
Theol. Prof. design.*

*Ad publicum bonorum examen modeste
defert*

*loco & horis, A. MDCCXXXV.
mensis D. V. Maji die 16, consvetis*

JOHANNES NIMMEDIU/
Austro-Finlandus.

A B O Æ,

Exc. Joh. Kiämpe, R. Ac. Typ.

H. S. Commiff. Cystraus.

AMPLISSIMIS, Max. REVE-
Dn. Mag. ALGOTHO
A. SCARIN,
Phil. Moral. & Histor. PROF. Ord.
Incluto, Facult Phil. h. a. DECA-
NO Maxime spectabili,
MÆCENATI Magno.

Admod. REVERENDO &
Dn. Mag. ERICO
PASTORI Ecclesiarum Kimito-
PRÆPOSITO
Patrono æter-

*Cum jam, VIRI de me optime meri-
torem hanc opellam consecrare, qui-
Accipite ergo in tesseram animi gra-*

AMPLISSIM. & PRÆ-

*humillimus & inde-
Joh.*

RENDO, CELEBERRIMIS VIRIS,
Dn. Mag. JOHANNI
HAARTMAN,

Phil. Theor. hæc. jam v. S. Theol.
Prof. Constit. Reg. Ecclesiarum,
qvæ in Nāndānāfi & Paatis Deo
collig. Antistiti Adcuratissimo,
MÆCENATI Magno.

PRÆCLARISSIMO VIRO,
FLEEGE,

ēnsium, Adjacentisque Districtus
vigilantissimo,
num colendo.

*ti, mibi sit animus, eis præsertim le-
bus præ ceteris aternas debeo grases,
ti, quod dat, dicat & dedicat*

CLARIS. Nom. Vestr.

fessus cultor,
DUMREDU.



Q. B. V.

S. I.

*Originis & acceptionum Vocis Sabbathi
apud Scriptores tum sacros, tum pro-
fanos, expositio.*

Tὸ σαββάς, vel σαββατον ori-
gine est hebraicum; a ra-
dice שבת cessavit, quievit
ab opere: vi itaque vocis
idem est atque cessatio a labore,
sive quies. Vox hæc græce ratione
originationis scribenda foret σαβ-
βαλον, sed a Græcis duriusculæ illæ de-
nominaciones emolliuntur, hinc in
Græca V. T:ti versione, itemque in
N. T. semper legitur σαββατον; ut
observant Lexicographi. *Generatim*
notat Sabbathum. *Speciatim* notat (α)
proprie septimum septimanae diem, qui-
eti in memoriam completi a Deo o-
peris creationis datum, divinoque cul-

cultui tum publico, tum privato
 destinatum. Cujus institutio habe-
 tur Gen. II. 2. 3. hinc fuit hocce
 Mosis: *Sabbatum sanctum Jehovæ e-
 rit cras, quod coquere volueritis, coqui-
 te &c.* Exod. XVI. 23. observatio v.
 hujus diei non sine emphasi est de-
 nuo Israëlitis injuncta Exod. XX. 10.
 11. facta prius mentione liberatio-
 nis eorum ex Ægypto v. 2. (8) *Tro-
 pice* per Synecdochen latiori sensu
 tota sub hoc nomine venit septimana
 s. hebdomada, cujus pars est Sabba-
 thum. conf. Luc. XIIX. 12. & quæ
 plura habet Cl. Stockius in Cl. N.
 T. ad hunc versum. Sensu v. stri-
 ctiori pro aliis etiam festis, utpote
 Lev. XXV. 4. alibiqve adhibetur.
 Ab Hebræis ad gentiles transiisse
 vocem Sabbathi patet ex monumen-
 tis Historiarum, quippe quos haud
 raro festa Judæorum suorumqve
 Sabbathi, generali nomine ea vo-
 casse comperimus.

§ II.

*An Gentiles Sabbathi celebraſſe dicere
 poſſimus?*

Quod

3
Quod etiam apud gentiles mos celebrandi Sabbathata invaluerit, negari nequit, quo sensu, non facile dixerim per omnia. In genere nemini, qui vel primis labris annualium monumenta libaverit obscurum esse potest, quot quantasque Romani, Græci aliique per plurimum habuerint festivitates, adeo ut & regibus posterioribus, harum imminuere numerum, imposita fuerit necessitas, quod in primis de Romanis notat Casaub. ad Svet. Aug. c. 32. Quæ festa adeo sancte apud eos, certe plerosque habita fuere, ut legibus quid facere, quidve omittere deberent, fuerit cautum (a). Præcipuam vero colendi rationem ad prandia, sacrificia, lucernarum accensiones, aliaque ejusmodi relatam advertimus (b).

§. 3.

(a) Conf. in primis Macrobi. Saturn. lib. 1. c. XVI. Quæ præter religionis, necessitatis & reverentia opera licita vid. Virg. lib. 1. Georg. Colum. lib. 2. de re rust. c. 22.

(b) vides. Macrobi. Saturn. lib. 1. cap. 16. Juven. Satyr. XII. v. 89. seqq.

§. III.

De Sabbatho præcise sic dicto quoad gentiles disquirat.

Sed si quærat, annon etiam gentiles servaverint 7 hebdomadis diem, qui adhuc vulgo *dies Saturni*, Judæis *v. Sabbathum* proprie loquendo audit, explicatu est difficilius. Negare haud possumus, gentes, certe quam plurimas, hoc ipso die a laboribus negotiisque majoris momenti abstinuisse, immo rituum quorundam apparatus prosequutos eundem fuisse; hoc n. rotunde adserunt Josephus, Philo, Clemens Alexandrinus aliique. Josephi in lib. 2. cont. Appion. prope fin. libri, hæc sunt verba: *Quin etiam populi jamdiu multum nostram pietatem emulantur, neque est (prolixitatem ut devitem, veniam mihi concedi existimaverim, quod heic & in sequentibus, verba Græcorum auctorum in idioma latinum translata proferam) civitas Græcorum aut Barbarorum, nec vlla gens, ad quam septimi diei, in quo vacamus nos, consuetudo minime pervenerit: & jejuniis,*

& candelarum accensione & multa eorum, qua nos comedere non licet, observantur. Et post pauca: illud mirabilius est, quia absque exactore hujus observationis ipsa lex per se ita valuit homines obligare; & quemadmodum Deus in universo mundo consistit, ita lex per cunctos ambulavit. Philonis testimonium Lib. 2. de vit. Mos. p. 657. hoc est: Quis n. sacrum illum 7 diem non veneratus est, remissionem laborum atque quietem ipsi patrifamilias & domesticis ejus non solum ingenuis, sed & servis, immo etiam jumentis, afferentem. Quibus ex Clementis Alexandrini lib. V. Strom. hunc subjungimus locum, ut recenset Daniel Heinsius: Quis etiam septimum diem esse sacrum, non solum sciunt Hebraei, verum etiam Graeci. Ab Hesiodo hunc profert versum.

πρῶτον ἔστιν ἡ ἑβδόμη ἡμέρα ἡμεῶν ἱερὰ καὶ ἑβδόμου ἡμέραν ἡμεῶν

quem sic transtulit Eusebius:

Primum prima dies, de hinc quarta & septima sacra est.

Ex Homero hic ad lucitur versiculus:

ἑβδομάτη δ' ἡπειρὰ μαθήλυθεν ἡμεῶν ἡμέρας

latine ita redditus:

*Sæcra dies vero post hæc tum septima ve-
nit.*

His addere possemus locum ex Eusebio. Præparationis Evang. lib. 12. c. 7. ubi gentilis Philosophus introduci-
tur ita propemodum de sanctitate 7
diei differens, ut ipse Moses, sed
brevitati litare præsens rerum mearum
status jubet. Quod v. tanta ta-
lisque apud gentes septimi diei ac a-
pud Judæos fuerit festivitas, id qui-
dem est, quod negamus & pernega-
mus; Nam I. vel hoc saltem nomi-
ne a Seneca præ reliquis populis cul-
pantur Judæi, quod septimam æta-
tis partem vacando nihilque agendo
transegerint; quod si in civitate Ro-
mana alibi que idem obtinisset mos,
profecto I. intermisisset, I. eorum etiã
recordatus fuisset. 2. Nec Sabbathi
Judæorum exactam habuisse notitiam
gentiles animadvertimus, nec eandẽ
per omnia cultus rationem. 3. Qui
simile quid præstat, non idem statim
facit.

*Causas quietis atque cultus Diei 7 apud
paganos examinat.*

PAUCIS jam indicatis, Diem 7 sive
Saturni apud gentiles inter nota-
biles fuisse relatum, nunc quare &
quo sensu factum fuerit, ordinis ra-
tio, ut disquiramus, exigit. Quan-
tum quidem mihi innotuit, 4 apud
auctores, quorum fuit copia, repe-
rire licuit sententias; alii enim ritum
hunc *Judeorum* legibus natales de-
bere contendunt, alii atrocitati,
quam præ Diis ceteris *Saturno* tri-
buerunt, alii numero *septenario*, alii
ipsi *Juri Nat.* Quod ad primam extra
dubium ponimus Noachum, & qui
cum eo ex arca egressi fuerunt, vi
primæ institutionis Sabbathi co-
luisse; sed quin indies posteriorū ple-
rique a vero Dei cultu desciverint,
nil dubii restat, adeoque præce-
ptum de sanctificatione Sabbathi
non potuit non etiam l. perverti,
l. apud multos etiam everti. Quam
primum vero per Moysen tum hoc
mandatum, tum reliquæ legis divi-
næ

8
næ partes velut redintegratæ fue-
rint, veteranus ille astutiæ pater,
simiam & inimicum Dei certissimum
semper & ubiqve agens, omnem
movisse censendus est lapidem, vt
sui etiam affectæ speciem quãdam,
licet perversam, sanctissimæ legis
haberent. Hinc antistitibus sacro-
rum, rectius superstitionum Ægy-
ptiorum, apud quos præcipua ejus
gentis suo tempore Philosophia de-
lituit, de die certo cuique planeta-
rum tribuendo, quibus regimen v-
niversi assignaverunt, cogitantibus,
facile persuasos habuit, ob causas
modo adducendas, iisque haud in-
cognitas, vt diem Saturni peculiari
loco haberent; quare vero Saturno
vltimus tributus fuerit dies, isque
sacer, ei haud potest esse obscurum,
qui Saturnum planetarum supre-
mum novit. Quod ad *secundam*, com-
peruerunt Astrologi Saturnum lon-
giori dierum spatio cursum suum
in Zodiaco absolvere, eumque cum
poëtis, voracitatis nimis infimula-
runt; hinc gens superstitiosa ac cre-
dula

9.
dula atrum infaustumque fore cre-
didit, magni quid eo die & tempore,
quo is vniversa illis videbatur rege-
re, tentare. Hujus mentio apud
poetas passim occurrit, sed confer-
ri meretur Ovid. de art. Am. lib. I.
v. 413. seqq. Et hæc sane sententia
nobis, in definiendis causis hujus
cultus, etiam maxime placet, li-
cet juxta hoc adseramus, quod an-
sam ex lege divina, vt modo dixi-
mus, nefandissimus ille rerum hu-
manarum divinarumque detrectator
arripuerit, illam pervertendo. *Ter-
tiam* quod attinet, septenarius nu-
merus in hoc negotio, si quid ju-
dico, minus nihilo concludit. Neq;
huc pertinent, quæ habet *Clemens A-
lexandrinus* de hoc numero; quod
sc. neque matrem, neque prolem agno-
scat septenarius numerus, b. e. quod
neque ex alio per multiplicationem na-
tus sit, neque alium, qui quidem in-
tra duodenarium sit, gignat: quod -
- - septem sunt planeta, 7 pleiades,
7 soni in lyra, 7 in facie sensuum in-
strumenta: os nempe, nares, aures &
oculi:

oculi: quod etatum mutationes fiant per 7:tenarium, s. quod 7:mus quilibet annus, homini sit climactericus: quod luna 7:mo quoque die mutet figuram, Et in prima quiaem hebdomade sit semiplena; tertia a. ab occasu rursus sit semiplena, & quarta non adpareat &c. Analogicum modo, ex his talibus desumi potest argumentum; quibus solis qualis probandi vis insit, logicorum præcepta nos edocent. Deinde si probabilem qualiter taliter redderet hanc assertionem, eandemque utilitate quadam commendaret, inde statim num ratio necessitans emerget? Id quod ad rationem 4 etiam observari velim; an sc. *quarto* homo jure N. sentiat se die quovis septimo obstrictum ad colendum Deum singulariter, non privato solum ac interno, sed publico etiam externoque cultu? Non n. negamus, rectam hominis rationem, quam primum ex revelatione divina intellexit Sabbathum injunctum & sacrum factum Deo, cognoscere etiam posse, creatori hoc quoque in puncto ob-

obediendum esse; concedimus etiam hominem posse deprehendere, quod Sabbathum nulla sibi ratione sit inconueniens: sed si de ratione Sabbathi, l. cultu diei 7:æ præcise sit sermo, non videntur, vnde homo ex se & sua natura cognoscat obligatum, vt quiescat ab operibus vocationis, & illum diem magis quam annum l. horam quamvis 7, habeat sacrum. His subsisto. Tu, C. L. noli rigidiori censura perstringere, quæ intra paucissimorum dierum spatium in chartam conjicere necessitas iussit. Brevitatem, quam vnice sectati sumus, Tibi haud ingratham fore speramus: solidiora, si vires & ansam concesserit rerum nostrarum director, cum Deo & die communicare allaboremus. Tu v. O DEUS vnice, mihi gratiosissime, cui vitam & omnia debeo, dirige ita omnia mea conamina, vt in Tui nominis gloriam vergant! nec desinas ducere, vsque dum Sabbatho illo perenni inter cœlites frui tuo liceat serculo.

Sic

Sit nunc & semper TIBI honor & gloria.

Appendices.

Astronomiam inter scientias antiquissimis temporibus excultas, referre nullus dubito.

Ritus per plurimos circa sacra Judæis æque ac Gentilibus usitatos, a patriarchis permanasse non sine ratione adseritur.

Hos inter numerare licet sacrificia, quæ ignorat ratio sibi relicta.



